



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCXXIII. Erneuerung des Vertrages zwischen dem Domcapitel und dem Magistrate der Neustadt Brandenburg über den Zehnten in Planow , vom 22. April 1340.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCXXII. Der Propst Dietrich legt einen Streit bei über einen Altar in der Katharinenkirche der Neustadt Brandenburg, am 11. Nov. 1339.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus in his scriptis, quod impetio seu briga, quam discretus vir, dominus Wernerus, dictus de Lanchufen, altaris in Stendal, hactenus habuit et movit super altari, per Nicolaum quondam dictum de Lapidea Domo, in parochiali ecclesia nove civitatis Brandenburg dato, taliter est sopita, quod singulis diebus dominicis memoria Jacobi de Lanchufen fieri debet in ecclesia nominatim, sicut de aliis Christi fidelibus fieri est consuetum; item secundis et sextis feriis singularum septimanarum, per annorum circulum concurrentium, in salutem anime dicti Jacobi et progenitorum suorum servari debet missa pro defunctis ad altare supra dictum; item cum dies anniversarius dicti Jacobi plebano fuerit intimatus, hic servabitur in missa et vigiliis, prout circa alios Christi fideles fieri est consuetum. Adjicimus etiam, quod, si ecclesia, spectans ad nostram collationem, vacaverit, que per secularem clericum regi consuevit, et ad quam voluntas alicujus domini seu canonici cathedralis ecclesie non fuerit inclinata, illam predictam domino Wernero, si super hoc requisiti fuerimus, pietatis intuitu conferemus. In evidentiam premissorum nostra sigilla, scilicet prepositi et capituli, presentibus sunt appensa. Hujus rei testes sunt Segerus pistor, Sanderus Drofe, Marcmann et Granach, qui dicte compositioni, dum fieret, affuerunt. Actum anno domini M. CCC. XXXIX. in die beati Martini, confessoris et episcopi.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

CCXXIII. Erneuerung des Vertrages zwischen dem Domcapitel und dem Magistrate der Neustadt Brandenburg über den Zehnten in Planow, vom 22. April 1340.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus et capitulum ecclesie Brandenburgensis, favorabiliter annuere volentes precibus, quas discreti viri, consules nove civitatis Brandenburg, suo et totius universitatis dicte civitatis nomine nobis obtulerunt, copiam quarundam literarum suarum, ipsis sub anno domini millesimo trecentesimo quadagesimo, decimo Kal. Maji conscribere curavimus nostris sub sigillis. Eorum vero tenor dignoscitur esse talis: In nomine sancte et indiv. Trinitatis. Amen. Ne ea, que etc. Es folgt nun wörtlich die Urkunde, welche schon beim Jahre 1307 gegeben ist.

Nach der Copie im alten Copiarlo der Neustadt Brandenburg.

CCXXIV. Der Bischof Ludwig tritt dem Domcapitel einen See und ein Stück der Havel bei Prißherbe ab, 1340.

Nos Ludewicus, dei gratia episcopus ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus in his scriptis, quod ob reverentiam omnipotentis dei, matris ejus gloriose, ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum, ecclesie nostre patronorum, nec non anime nostre ac predecessorum et successorum nostrorum remedium salutare, dedimus, appropriavimus nec non presentibus damus et appropriamus honora-